

DE INVENTIONE SANCTÆ CRUCIS.

(Nusquam editum. Ex præfato Sancti Mariani Antissiodorensis, in quo uno hoc poema reperimus.)

- 1255** Rex Constantinus mitis, nec honore superbus
 Turmas hostiles membris animisque viriles
 Dum prope sentiret, dum pene timore periret,
 Aspexit in somnis per quod metus aufugit omnis,
 Visio cœlestis ostenditur optima mœstis.
 Quod sit cœlestis sequitur victoria testis;
 Emicat in cœlo crux lucida, crux sine velo:
 Nam videt hoc signum quasi lumen, non quasi li-
 [gnum,
 Et superinscriptum quod in hoc sit victor ad letum.
 Evigilans fatur famulis; crux parva paratur,
 Bello præfertur, fugit hostis, palma refertur.
 Vim crucis expertus, sed quid sit non bene certus
 Mandat et inquit, super hoc Helenamque requirit.
 Sic Constantini genitrix pia sollicitatur
 Pro cruce, pro clavis, quod nec locus inde scitur, **B**
 Nec dape, nec fruitur somno, nec gloria scitur,
 Nec requies capitur donec Jerosolymas itur.
 Ardet, scrutatur si quod cupit, hoc mereatur.
 Inde requisiti Scribæ, legisque periti,
 Dum disceptatur, produnt qui scire putatur:
 Sic præsentatur Judas; negat unde rogatur;
 Helena turbatur, hæc intonat, hic meditatur;
 Hic silet, hæc fatur; hic supplicat, illa minatur,
 Dum pavet ille parum tonitru reboante minatur
 Ut cladi detur, claudi sine pane jubetur.
 Hic ex Judæis in eorum lege peritus,
 Ne dicam mores, traxit cum sanguine ritus.
 Linea recta patrum, cum mens foret inscia matrum,
 Huic dedit ut caperet ubi crux absconsa lateret.
 Sed voluit Christus sua stigmata glorificare,
 In medio mundi statuens pro lumine stare.
 Ergo fame lassus Judas est vera professus.
 Extrahitur, comedit; sacra quærere jussus, obedit
 Vadit et explorat loca sancta, Deum Jacob orat;
 Si vis juste pie prolem regnare Mariæ,
 Pande tuis hodie summæ secreta sophiæ.
 Hæc orans plorat, plorans fodiendo laborat;
 Dum cum sudore fletus fluit, ille liquore
 Indulgendo more miro recreatur odore.
 Balsama vel florem, vel quidquid spirat odorem,
 Si conferre velis, confers terrestria cœlis.
 De cruce, de clavis odor effluit ille suavis;
 Illud spiritamen dat spem, dat odore levamen.
 Ut sit vexilli simul index, et vigor illi
 Vim crucis addiscit, dum sub cruce terra tremiscent.
 Qui velut ante fidem credens exclamat ibidem,
 Protestans ipsum cæsum prius, hunc crucifixum.
 Esse Deum verum cui servit machina rerum.
 Stat regina videns, majoraque cernere fidens
 Judam credentem laudat; stupet ipsa stupentem.
- A** Tres simul ille cruceas reperit, tollit, redit, hæret
 Quæ sit crux Domini; modo gaudens, nunc quasi
 [mœret
 Christi vexilla quasi non habet, et tenet illa.
 Orat ut ostendat quæ sit sua, quæve latronum,
 Continuatque crucis Christi clementia donum.
 Quid moror? Absque mora sub eadem conspicietur
 [hora
1256 Ferri defunctum, populum concurrere
 [eunctum.
 Tunc ait, et fletur: Locus est ut glorificetur,
 Christo, tuum signum reverendum, dulce, beni-
 [gnum,
 Sacrum thesaurum, pro quo dum spernitur aurum,
 Devotis prodas, ut amor prorumpat in odas.
 Arma quibus fortem, peccatum, tartara, mortem
 Quondam vicisti, sit laus tibi, sit vigor isti
 His dictis, dum stat feretrum, dum spes sibi con-
 [stat,
 Dum cruce sub gemina jacet ut prius illa ruina,
 Vitam fert isti, laudem sibi tertia Christi.
 In commune datur laus Christo, spes reparatur,
 Et recalescit amor, ferit altius æthera clamor,
 Et non absque moræ tractu sonat actor in ore:
 Debita persolvunt præconia, facta revolvunt,
 Damnant perfidiam, clamant cum prole Meriam:
 Natos honoratur super omnia, Mater amatur:
 Hos vitam dicunt, hos laudant, hos benedicunt.
 Quem prius evicit crux Agno sanctificata.
 Hanc eadem torquet tot signis glorificata.
C Ille venenosus, Christumque cruceque perosus,
 Hanc manifestari dolet, illum magnificari.
 Dum cruce turbatur, crucis hostis vociferatur,
 Nullam prætendens speciem, sed in aere pendens,
 Per Judam victor prius egi perditionem;
 Nunc per te, o Juda, victus fero perditionem.
 Post Constantinum, statuum fidei peregrinum
 Quod volo facturum, sed Christo, sed tibi durum
 Te sibi subjiciet, tibi pro duce bellua fiet.
 Te male tractabit, te cædet, te cruciabit,
 Nequitie pestis, sibi pessimus, omnibus hostis,
 Sic indignatur, sic Judæ dura minatur,
 In regem magnum spondens pro rege tyrannum.
 Helena quid faciat, quod votis altera fiat?
 Dum sua vota videt, non est qui scire sibi det
 Quod cupit viso, sic est velut in paradiso,
D Ut per signa foris se prodat gustus amoris.
 Nunc stat, nunc orat, nunc signa salutis adorat,
 Nunc contemplatur, nunc psallit, nunc lacrymatur
 Flet simul et plaudit, nunc fletus gaudia claudit;
 Omnibus applaudit quæ vel videt ipsa, vel audit.

amat Christum, vel præfert omnibus ietum; A
 quod laudatur laudat, vel amat quod amatur,
 plura reginæ sit vivæ vas medicinæ,
 Nilior argenti superinduit arte decenti:
 ut Judas, si nomen tegmine nudas,
 ut cognomen, jam complet nominis omen.
 tum credendo, matrem cum prole fatendo:
 aptizatur, sic gaudet, sic renovatur.
 do tuit natus Judas, sed quando renatus,
 n Cyriacus dicas dictus Quiriacus.
 plam lavaero maculam lavit impietatis,
 tudium, sed opus, sed vota colit pietatis.
 quid honestatem referam? quid sobrietatem?
 paupertatem? quid fletum? quid gravitatem?
 m cum vitiis crucifixit cum crucifixo.
 a viva Dei moritur sibi, vixit in ipso:
 ut pendente Christo patitur patiente.
 quasi transfixi cor habet, recolens crucifixum,
 crucem gestat; sed amor solatia præstat. :
 jugum Christi, leve pondus amore sit isti,
 Dum cinerem tergit cordis, nubemque sero-
 [nat,
 ue vagos motus sub certa lege refrenat.
 nplexatur, hos submovet, hos moderatur,
 putat dignos, hos viles, hosque malignos.
 plebs miratur, hunc prædicat, hunc veneratur,
 omnes et amanti, et dignum præsele clamant:
 ur tandem pater urbis, nutrit eandem.
 ræsnl factus moderatur præsulis actus.
 acit hortatur, quæ præcavet illa minatur;
 cinus ædificas, si, quod negat actio, dicas.
 ona sollicita votis ex parte petita,
 vis queritur, quia nullus adhuc reperitur.
 prius extorsit a Juda voce minaci,
 blandis precibus sic poscit opem Quiriaci:
 rea dilates cruce gaudia, pro cruce grates
 eras refero; sed adhuc fixoria quæro:
 se jam vota teneo, non de cruce tota.
 on parva crucis clavi; sed sidera lucis
 adde, pater; habeat sua pignora mater:
 esunt clavi, mihi gaudia plena negavi,
 esul fractus, nimia pietate subactus,
 ue bonam referens, secum fixoria quærens,
 ; ostendit Helenæ, quibus illa rependit
 nium dignum, si quæris quale, benignum.
 dans plorat, procumbens prorsus adorat:
 .votorum compos regina suorum,
 a plus crevit, plus se, plus omnia sprevit.
 si non defert, jam mollibus aspera præfert:
 rt indigne, quod in aula, quod sit in igne:
 reginam, cui spondeat fata ruinam:
 ut augustam, quam curis sentit onustam:
 um spernit, quæ regum funera cernit:
 i inhorrescit, quo mens elata funescit.
 onor est omni, timor absque [timore videri,
 atiens fieri, libertas lege teneri.
 ut indignam, se sædam, seque malignam
 uocem flere, sacra tangere, signa videre.
 sic humilis, sic splendida, sicque virilis;

Sic rea, sic sterilis, sic infirma, sic sibi vilis;
 Sic quod laudavit reprobat, renuit quod amavit,
 Respuit ornatum non ex virtute paratum,
 Delicias demit, quibus omnes Evaperemur:
 Aurum vilescit, gemmæ nitor obtenebrescit,
 Dulcor amarescit, decor horret, pluma rigescit,
 Gloria sordescit, planctus placet, actio crescit:
 Linguam comescit, mentem regit, otia nescit;
 Corpus tabescit, friget caro, mens recalescit.
 Christus dulcescit, Christi sub amore quiescit;
 Improbacura silet, cadit intusus ille tumultus.
 Dum sensus vel amor jacet, ad fugienda sepultus
 Eva viro cedit, nec obest socio, sed obedit;
 Mens pia præcedit, sequitur caro, pugna recedit;
 Omnia pacantur, mens et caro conciliantur:
 Sic est sopita, sic mundo mortua vita.
 B Quæ prius inferni flebat mortisque timore,
 Nunc Regis regum, nunc regni languet amore:
 Ardet in amplexus, et carnis rumpere nexus;
 Nec recipit medicum, nisi contempletur amicum:
 Hanc demum clemens vocat actor, vincula demens.
 Sic in sorte bona gaudet meliore corona.
 Reginæ meritis, precibusque pie repetitis,
 Cor Constantini convertit gratia Trini.
 Sic et delictis, et lepra fonte relictis,
 Cum novitate culis, renovatur veste salutis.
 Quod pax Ecclesiæ, quod apex, quod gloria crevit,
 Iste laboravit, hic contulit, ille replevit:
 Pontifici siquidem Sylvestro rex suus idem
 Romam concessit, regnum dedit, ipse recessit.
 Qualiter hoc gestum fuerit si scire moveris,
 C Contra propositum de rege volumina quæris,
 Rex dimittatur, Quiriaci laus repetatur.
 1258 Si quæris signum, morbos fugat atque ma-
 [lignum:
 Si præfers vitam, sub præsele fert eremitam.
 Hunc talem tantum rapit, arctat atrox Julianus
 Catholicum, sanctum, vir apostata, virque profanus.
 Quæ male præsumpsit, vomitum post sacra resumpsit;
 Dæmoniis auctus, dæmon sub dæmone factus.
 Hic Constantino subiit, corvinus ovino:
 Hic lupus, hic agnus; hic rex pius, ille tyrannus:
 Hic datus est bellum fidei, paleisque flagellum:
 Quondam promissus grano, nunc tundere miesus;
 In Judam siquidem draco spondens prælia pridem,
 Hunc præsignavit, hunc pertulit, hunc stimulavit.
 D Ex vitiis totus constans et crimine fatus,
 Jam quasi portentum, jam dæmonis est monumentum
 Huic tribuit fastum prælatio gloria partum,
 Copia fervorem vitiis, mala posse furorem.
 Turbat pacificum, premit æquum, laudat iniquum:
 Noxius insonti dat honorem, dat sua sonti:
 Tristis læta videt, lætans ad tristia ridet:
 Horret sectanda, sequitur scelus, odit amanda;
 Quodque pium punit, fuso se sanguine punit
 [f. munit]
 Imo feræ morem retinet, sitiendo cruorem,
 Cui collata bonis radiant mala, quæque Neronem
 [f. Neronis],

Dictu mirificum, fert quemlibet intus iniquum.
 Derogat ille Deo, collaudans sacra deorum;
 Et male submersus, bona mergere vult aliorum.
 Christicolae perdit, cultus reparans idolorum;
 Dumque tenet tenebras, radios refugit radiorum:
 Vultus cæcatus, cupit excæcare videntes,
 Egressusque vetat alios intrare volentes.
 Lumine privatus, de summo præcipitatus,
 Sternere vult stantes, stellas fuscare micantes.
 Portio serpentis de culminis arce ruentis,
 Incassum captat socios, panisque coaptat.
 Exstinctus carbo cupiens extinguere vivum
 Carbonem, præfert fidei libamina divum.
 Num agit horrores, nunc vanos spondet honores:
 Nunc blandis verbis, nunc flectere tentat acerbis.
 Quid conturbaris? quid frendes? quid stomacharis?
 Quid mala moliris? quid, perfide, vana requiris?
 Mortes mille viro moveas, examine duro
 Ne morti detur, vitam colit, ore fatetur.
 A duce disjungit miles nequit, aut sibi jungi
 Hunc regem dicit, hunc prædicat, hunc benedicit.
 Profert internam, ponit sub luce lucernam;
 Non hanc obfuecat modius, sed in arce coruscat.
 Blandimenta, minæ nonnullis causa ruinæ,
 Nec sibi cor tangunt, nec fortia pectora frangunt.
 Infima pro summis, pro veris vana refutat;
 Nec tenebris lucem, nec Christum dæmone mutat.
 In forti vena fundatus, non in arena,
 Petra fundatus spernit cum flumine fletus.
 Si, Juliane, maris fluctus, si tela minaris,
 Mens sibi tranquilla spernit simul illud et illa.
 Si caro tundatur, granum palea spoliatur;
 Si comburatur, tolli rubigo putatur,
 Si corrumpatur vetus, alter homo renovatur;
 Hunc velut infirmitat vigor, illum passio firmat.
 Corpus truncare gladio potes, igne cremare,
 Sed non tormentis penetras penetralia mentis.
 Tecum tormenta si cuncta parent elementa,
 Dum nihil efficiunt, quasi jam nil omnia sunt.
 Non potes inferre quantum patientia ferre.
 Spe bravii raptus pœnis est omnibus aptus:
 Non timet asari, nec tundi, nec laniari.
 Ad pœnas properat qui pœnis gaudia sperat;
 Ad bravium tendit, quod cursus meta rependit,
 1259 Spe certando bona, sperat gaudere corona.
 Quidquid, tortor, agis sale, flammis, aspide, plagis,
 Ad decus, ad votum revocat spes intima totum.
 Dum sanctum torques, in te tormenta retorques;
 Et quia pressura dulcis sibi, sit tibi dura.
 Subdi carbones sic fert quasi fercula dones.
 Cum sale suffundens adipem, gravioraque spondens,
 Per duo collata fulcis ut sit victima grata
 Vi condita salis melius capit hostia talis:
 Sic magis accepta pinguis, non pinguis inepta
 Meseibus aptatur, si terra frequenter aratur;
 Fertur neglecta, pro fructu ferre fructeta.
 Scissus ager carnis fert fructum centuplicatum,
 Non vexata caro fert pro virtute realium.
 Est brevis anxietas quam terminat hora vel ætas,

A Et quasi pœna levis nisi quam parat ultio sævis.
 Ad vim fervoris, quæ te vastabat in ævum,
 Ethna calore caret, plenum puto rore Vesuvum:
 Hæc est horrendis horrenda, timenda timendis;
 Hæc tibi debetur, si sævus sæva meretur.
 Sic vigor invictus dum flammam spernit et ictus,
 Vexat vexantem patiando, crematque cremantem.
 Hic dolet ardores, dolet hunc superare dolores.
 Pœna sit inferni pœnam sic [f. se] cernere sperat.
 Pœnis lætatur, terroribus exhilaratur:
 Vincit terrentem ratione, fide ferientem.
 Hinc pensans pœnas, hinc sedes lucis amœnas,
 Judicat occisum corpus nil ad paradium.
 Dum bona prægustat, dum præmia sanctus adorat,
 Nec sentit pœnam, nec dura ferendo laborat.
 B Intus inest ignis, quem vota fovent sine lignis,
 Quo putat ardorem carnis sine frigore rorem.
 Vires adoris vincit prius ardor amoris,
 Qui non comburit subjectum quem tamen urit.
 Corporeæ molis suspirans fasce levare,
 Ardet factoris faciem facie speculari.
 In voluorum visus dare retia quid nisi risus?
 Mens levis ad cursum volat aucupe libera sursum.
 Stat bonus athleta constans sibi mente quieta,
 Cui spes exultat vocis; vox laude resultat.
 Sicut corda solet dare tensa sonum meliorem,
 Sic pœnis tensus dat plenum laudis honorem:
 Utque probat fornax vas fictile consolidando,
 Ut feriendo sapis fervorem vimque sinapis,
 Utque per ardorem thus undique fundit odorem,
 Sic odor insignis fiunt et vulnus et ignis.
 C Sed depravatur Julianus, sed cruciatur,
 Sed debacchatur, sed anhelat, sed superatur
 Hic vir inhumanus, hic pessimus, hic Julianus.
 Quod lupus est Agnæ, sit matri martyris Annæ.
 Exemplo simili dum certat mente virili
 Femina robusta suspensa primo, vel usta
 Anticipat metam victrix vexata quietam.
 Ut mater nato loca præparet alma probato,
 Huic exaltandum præit alta, beata beandum.
 Sic Ammon magni major magus ille tyranni
 Dum videt hunc sanctum vim frangere mortificantum,
 Dumque deos reputat nihil esse, fidemque salutem:
 Christum lætatur, pro Christo decapitatur.
 Matre coronata Quiriacus spe solidata
 Plus confortatur, plus gaudet, plus animatur.
 D Arguit ergo moram tortorum clausus ad horam,
 Et quasi delinquent, dum se, dum flagra relin-
 [quunt.
 Quod sic ad plenum premit ignem, tela venenum,
 Quod sic pugnatur, totum phantasma putatur.
 Mens rea rem laudis referens ad crimina fraudis,
 Lumine cæcatur, virtutis odore necatur.
 Sic reputat signa quasi sint ex arte maligna,
 1260 Et cruce munitum magica putat esse [f. arte]
 [peritum.
 Jam perstringatur certamen cum levitate,
 Jam subjungatur victori cum brevitate.
 Dextra privatur, plumbum bibit, igne crematur,

e vexatur, premit angues, inde necatur.
 artyr fieri, sic mundi victor haberi,
 Itari meruit, sic glorificari.
 lebamus quod signa salutis habemus,
 ruce gaudemus, quod eam clavosque videmus
 hic primus sub quo Jerosolymis imus
 vexillum, veniendo per illud ad illum.
 rgaritam multumque diuque cupitam,
 am fulgentem, gemmam quæ ditat egentem
 ns ostendit, pro qua pius omnia vendit.
 resauri thesauro ditius auri
 dispersit, quod humo gens invida mersit.
 em summa datur laudis, quantis mereatur
 us efferrî dubitat Maro posse referri.
 egestate, sudore, fame, pietate
 e miræ lignum meruit reperire ;
 honestatem, per dura, per anxietatem,
 upertatem rapimus crucis utilitatem.
 voluptate, vel fastu, vel levitate ;
 per risum, per opes redit ad paradysum.
 midî ruimus, humiles ad summa redimus ;
 perdidimus, quod calle famis reperimus.
 icis inventor, qua fluxus nostra Redemptor
 a sanavit, moriens nos vivificavit.
 alit occisi gladium, portæ paradisi
 Ebrebi morsus, mors mortis non sine pro-
 [aus (81).
 on clara parum spoliis spoliavit avarum.
 etæ sortis victi tenet atria fortis.
 rbor vitæ, vitis plus sobria vitæ
 virtutis fructum, portumque salutis.
 ix, crux portus, crux veri luminis ortus.
 slut antidotum vitis, crux est bene totum.
 netrare crucis Socratem si forte reducis,

A Non poterit Socrates, sed nec Maro pandere vates.
 Crux indulcavit laticem, potumque paravit,
 Crux silicem fregit, et aquas exire coegit.
 Crux per serpentem crucifixi signa gerentem
 Læsos sanavit, lædentes mortificavit.
 Si munit postes, cladem propellit et hostes
 Si frontem tangit, lætis contraria frangit.
 Crux implens legem, regnum tulit incluta Regem.
 Signa sub Heraclio quamplurima crux renovavit,
 Et reparans ægros, defunotos vivificavit.
 Crux reprimit sontem reddens sine vulnere telum.
 Crux aperit templi, cum cœli cardine, velum.
 Crux removens umbram legalia signa relevit [delevit].
 Crux gregis angelici numerum patriamque re-
 [plevit.

B Crux crucis opprobrium, crux ligni crimen ademit.
 Crux de peccato, crux nos de morte redemit.
 Crux aditus venit, crux est medicina dolorum.
 Crux via justitiæ, crux est reparatio morum.
 Crux gradus ad superos, crux scala parata fideli.
 Crux confert meritum, crux spem, crux præmia
 [scali.

Crux miseros homines in cœlica jura reduxit.
 Omne bonum nobis cum sanguine de cruce fluxit,
 Quæ præfert longum, latum, sublime, profundum,
 Effectu, forma trahit, occupat omnia mundum,
 Forma, vigor, ligna, pondus crucis omnia digna :
 Dulcia credenti, sed amara pie recolenti.

O crux miranda ! crux splendida ! crux veneranda ?
 Crux amplectenda ! crux corde forisque ferenda !

C Ut roseo flore, sacro distincta cruore,
 Ut margarita, sic membris es redimita.
 O crux insignis crucifixo, schemate, signis,
 Servos conserva quibus est vigor atque Minerva !
 [Amen.

la exacte in hoc ms. *fluminis orsus*

1261-1262 INCIPIT

VITA BEATÆ MARIE ÆGYPTIACÆ.

(82) Incipit hic Pharise felicitis Vita Mariæ.

ansita ad manuscryptum Sancti Mariani, ms. Victorinum, num. 272, et Ebroicensem, num. 19
 n Ebroicensi hoc poema dividitur in plures cantus, quos hic notandos ad Lectoris commodum.
 is.)

CANTUS PRIMUS.

lems laurum non urit, nec rogas aurum ;
 imam puorum nec opes, nec gloria rerum.
 ito labentes, et noxia quæque docentes
 , devovit, animoque manuque removit.
 iachus factus monachi vigilavit in actus ;

D Proponensque sequi doctores juris et æqui,
 Institit annorum legem cohibere suorum :
 Institit, inque brevi mutatis moribus ævi,
 Mores doctorum transcendit doctor eorum.
 Ubi pueri metas evasit debilis ætas,
 Creverunt dona, crevit simul ipsa corona.

Edita apud Bollandum 7 Martii. In ms. S. Mariani Antissiodorensi sic inchoatur.